



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Confirmatio Concilii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

Concordat cum Originali: in cuius fidem
subscriptimus;

Ego Angelus Massarellus, Episcopus Thelesinus, sacri Concilij
Tridentini Secretarius.

Ego Marcus Antonius Peregrinus, Comensis, eiusdem Concilij
Secretarius.

Ego Cynthius Pamphilus, Clericus Camerinenfis diocesis, eiusdem
Concilij Notarius.

C O N F I R M A T I O
C O N C I L I I.

Nos Alexander. S. Laurentij in Duro
Diaconus Cardinalis, de Farnebo, S. J.
E. Vicecancellarius, fidem facimus &
attestamur, qualiter hodie, die Martij,
xxvi. Ianuarij, M.D. LXIV. Pontificatus
Sanctissimi D. nostri D. Pij, divina
providentia Papæ Quarti, anno quinto, in Constituto
secreto, apud S. Petrum, Reuerendis. DD. mei, Cardines
les Moronus & Simonera, nuper reuerſi à sacro Concilio
Tridentino, cui vti Sedis Apostolicæ Legati præerat
tierunt ab eodem Sanctiss. D. nostro vt infra.

Beatissime Pater, in decreto super fine Concilij
Camerinici Tridentini, pridie Nonas Decembris præterito
publicato, statutum fuit, vt per Sanctitatis Vestre
Sanctæ Sedis Apostolicæ Legatos & Præsidentes peten-
tur nomine dicti Concilij à Sanctitate Vestra confirma-
tio omnium & singulorum, quæ tam sub sel. rec. Pauli
III. & Iulio III. quàm sub Sanctitate Vestra in
decreta & definita sunt. Quæ propter nos Ioannes
Cardinalis Moronus & Ludouicus Cardinalis Simonera
qui tunc Legati & Præsidentes eramus, volentes exceptis
quod in dicto Decreto stabilitum fuit, humiliter petimus.

Concilij Tri-
dentini declaratio

in diebus 17. & 18. Martij
1564.

ius nomine dicti Concilij OEcumenici Tridentini, vt Sanctitas Vestra dignetur confirmare omnia & singula, quæ tam sub fel. rec. Paulo III. & Iulio III. quàm sub sanctitate Vestra in eo decreta & definita sunt.

Quibus auditis, Sanctitas sua, viso & lecto tenore dicti Decreti, & habitis votis Reuerendiss. DD. meorum Cardinalium, respondit per hæc verba.

Petitioni, nomine Concilij OEcumenici Tridentini super eius confirmatione per dictos Legatos nobis factæ annuentes, omnia & singula, quæ in dicto Concilio tam sub fel. rec. Paulo III. & Iulio III. prædecessoribus nostris, quàm Pontificatus nostri tempore decreta & definita sunt, auctoritate Apostolica, etiam de Venerabilium fratrum nostrorum Cardinalium consilio & assensu, matura cum illis deliberatione præhabita, confirmamus, atque ab omnibus Christi fidelibus recipi & inuiolabiliter obseruari mandamus, in nomine Patris, & filij, & Spiritus Sancti. AMEN.

Ita est.

A. Cardinalis

Farnesius, Vicecancell.

BVLLA

ict.
at.
m.